

Ann. X.

ROMAE, Kal. Februariis MDCCCCVII.

Num. II.

VOX URBIS


DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

SEMEL IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 4,80;
ubique extra Italiam Lib. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; M. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in commentarii operculo
Lib. 0.10 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA



Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF Apud "KRONIKĄ RODZINNĄ"

VARSIAVIAE POLONORUM
Rakowskie Przedmiescie, 15.

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

VARSIAVIAE POLONORUM
Krakowskie Przedmiescie, 6.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET
S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

LONDON W.
28, Orchard Street.

RATISBONAE in BAVARIA.

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL
1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

Annus MDCCCCVI.

Gallicum discri men. - Novissimae Pontificis litterae ad Galliae episcopos.

In latinae linguae docendae rationem novae animadversiones.

Horae subsecivae. - I. Taurinenses litterae. - II. Mea puella ridens.

Ex Americis. - De urbe Chicagine.

Caroli Goldonii centenaria commemorationis.

SS. D. N. Pii PP. X Jubilaeum Sacerdotale.

Ex SS. Congregationibus Romanis sententiae novissimae selectae.

Diarium Vaticanicum. - Coram SSmo admissiones. - Vita funeti viri clariores.

Annales: Mauritanum civile bellum. - Gallicae res. - Macedonum seditiones. - Persarum regni vices.

Publici per Orbem coetus legibus ferendis.

Per Orbem.

Vincentius Lanfranchi.

Aenigmata.

In tertia operculi pagina:


ZENO - Tragoedia JOSEPHI SIMONIS Angli. (Passim retractavit hodiernisque scenis
aptavit I. F.).

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

MDCCCCVII



T. ET G. FRATRUM PARISI
Pontificia officina Candalarum ad Sacra
Facularumque sine oleo ad noctem, decem horas ardentium.

ROMAE in ITALIA, in Foro Campi Martii, 6

Peculiaris candelarum liturgicarum fabricatio ad S. Sacrificii celebrationem - Cerei Paschales
- Lumen Christi - Cerei ad Officia Tenebrarum - Cerei ornamenti decori ad baptismata et
Sacram Synaxim primum recipiendam - Filum cera madefactum ad candelas accendendas.

Merces ad omnes orbis portus nullo impendio iubentium, ne pro colligatione quidem, mittitur.

REQUIRANTUR CATALOGUS ET PRETIA

Officinae honores concessere Summi Pontifices PIUS IX, LEO XIII, PIUS X.

Commercium epistolare habetur Italica, Latina, Anglica, Gallica, Theutonica, Hispanica lingua.

Sociis et lectoribus officinam hanc Candalarum ad Sacra enixe commendamus,
quae per orbem universum operis suae fructus iamiam disseminavit.

SUPELLEX AD RES DIVINAS

Commentarii VOX URBIS administratio recto tramite suppeditat supellectilem omnem, qua tum in templis, tum in oratoriis ad res divinas uti solemus.

Mandata ad VOCIS URBIS administratorem (Romam, *via Alessandrina, 87*)
mittantur, res praecise indicando, quas quisque sibi cupit. Gratuito sumptuum
aestimatio fiet.

SATURIO

Comoedia latinis versibus conscripta a clarissimo viro
Ioanne Baptista Francesia et per Commentarii VOX URBIS
paginas vulgata, in volumen redacta est, quod apud Com-
mentarii eiusdem administratorem venale prostat lib. 1.

IN LUDIS LITTERARUM OPTIMA TIRONIBUS SCENICE AGENDI EXERCITATIO.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 4,80 — Ubique extra Italianam:
Lib. 6,25, Doll. 1,25, Sch. 5, M. 5, Rubl. 3, Coron. 6,25

SEMEL IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR.
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

ANNUS M DCCCC VI.

EUROPAEARM gentium concordia uni tantum discrimini anno, quem nuper confecimus, obnoxia fuit, Mauritanis seditionibus comparatum. Quae enim post cladem illam celebrim trigesimo sexto abhinc anno a Gallis per Lotharingiae fines acceptam eos inter et viatores Germanos aemulatio aestuavit, in Algecirano illo coetu, de Mauritanis negotiis componendis inito, ita succensa est, ut propemodum qui pacis causa eo legati convenerant in indictionem belli discessuri viderentur. Verumtamen aliarum gentium legati, Anglique maxime et Itali, tanto pacis studio tantaque prudentia sese gesserunt, ut renascentes in dies simultates aequo Marte sedaverint, composuerint et in concordiam perduxerint. Cautum est itaque ut apud Mauritanum regem legatorum collegium esset, qui ex omni gente congregarentur, quique negotiorum publicorum cursum sedulo advigilarent. Mox autem constitutum ut cohortes vigilum Mauritanorum instruerentur quae et cives eorumque res a latronum adsiduis incursionibus defendenter, utque eis tribuni proponerentur, quibus Helvetius legatus praesesset. Postremo Gallis simul Iberisque armis, si quid accideret quod prompta ultione egeret, demandata ultius est. Quamobrem novissimis hisce diebus dum diuturna illa, licet parum cruenta, in Raisulium pugna habetur, Gallorum Iberorumque classes ad Tangerianum litus accessisse vidimus, milite instructas, ballistariis munitas, qui, nacti forte occasionem, in Mauritanas oras iniuriarum ultiros pacisque instauratores descendenter.

Pacificis auspiciis initus annus M DCCCC VI per reliquum quoque cursum servare inviolatam valuit pacem. Quae immo regalibus quoque colloquiis longe lateque firmata est, tum Eduardi regis cum Guilelmo Caesare atque cum Gallorum praeside, tum Danorum regis Berolinum visitantis, tum Georgii, Graecorum regis Romam lustrantis atque Vindobonam. Quibus ex colloquiis compertum est satis, tum commerciales aemulationes Germanos inter et Anglos, tum odia in Danubianis gentibus passim renovata fausto pacis triumpho et sedata esse utique et in amicitiam composita.

Gravissima vero, prae omnibus aliis evenitibus, Gallica in Christi Ecclesiam ira impietasque saevierunt. Lata enim lege ne licet templis uti aut domibus ecclesiasticis nisi laicorum sodalitati, libere quidem ineundae, quae horum usum sibi expeterent, nulla Romana Sedis vel Episcoporum habita delegatione, impium sane indignumque facinus a Christifidelibus iniri Pius PP. X vetuit, quo nimur divini cultus arbitrium penes reipublicae magistratus transferretur. Interdum lustrata tempa sunt militari manu passim, ut bonorum regesta, quae iis propria essent, deserverentur, quod non sine civili pugna fieri saepe contigit. Postremo Idibus Decembris propteribus, indicta a lege dies illuxit, qua tempa sodalitatibus illis tradenda essent. Attamen, quum, iubente Petro, nullibi fere inita ea fuerint, imperatum est statim ne sine pecunaria muleta licet parochis divina officia, magistratu inaudito, celebrare. Coepit est itaque parochos ac rectores in vincula detrudere; in eum vero qui Pontifici legati a secretis fuerat, iure gentium spreto, publica vi iniuria lata est: is manu militari pulsus, archivio eius scripta multa direpta et iudicibus tradita. Modo alia quoque a Briand, iustitiae cultuumque administratore, rogatio conflata est et vana pacis componendae sub specie, re tamen quae impia ita evaderet, ut inutilis immo et detrimenti plena Romae atque proinde negligenda apparuerit. Atque hisce finibus, dum scribimus, pugna versatur.

In Belgis finitimus Congiana coloniae fata agitantur, quam plurimi iam praedicant Leopoldi ipsi regno iri brevi adscriptum. — In Danis Christiani regis obitus contigit, viri non tam senectute quam omni sapientia et virtute praeclari. — In Norvegiis seiuncta a gemina gente, quacum hactenus uno sub rege vixerant, gens, ex Danorum regia familia regem elegit sibi Haakon, cuius auguralis dies solemnissime est celebratus. — Ecquid vero in Russia, nisi ut a quatuor iam annis assuevit, perpetuae turbae, seditiones, civiles clades, et crimina horrenda ubique? Has per miseras volvuntur dies atque veteribus comitiis nova sufficienda iam eurantur per legatorum electio-

nem, quae proxime, ad Februarium mensem, indictae sunt.

Ab ipsis facinoribus haud diversa aemulatus est sicarius ille, qui, nuptiali ipsa die, ignitum missile globum in Alfonsi regis eiusque tunc nuptiae uxoris Victoriae ex Anglorum gente, currum Madriti coniecit, quod immane gestum animus horret adhuc. Nec recolere heic est quot inde fuerint milites interfici quotve vulnerati discesserint cives; res, plena sanguinis, omnium in memoria versatur.

Praecipui confecti nuper anni eventus habent recensendi. Reliqua, quae negleximus, ordinariam historiae viam minime exceedunt. Huiusmodi sunt administratorum collegia et apud Italos et apud Gallos, Iberos, Serbos, Graecos et Austros saepe mutata. Heic Sonnino abeunti Giolitti; illic Rouvierio, Sarrienus, Sarrieno Clemenceau suffectus; Moret, Lopez Dominguez, Vega de Arminio alter alteri in supremo regimine Hispaniae successerunt, et ita porro. Tot inter consuetas vices duo tamen memoranda: in Gallia summum reipublicae magistratum, cedente locum Lobetio, Fallierio esse conereditum; Creta in insula discedenti inde Georgio, graecorum regis filio, Zaimium, virum prudentissimum, esse suffectum, idque magna cum spe proximi cum Graeco regno connubii; quod iamdiu insulani cives concupierunt. Quod eventurum quam cito Itali nos cives ex animo auspicamus ad novum nunc annum, qui pacificis late omnibus ubique gentium initum conspicimus.

GALLICUM DISCRIMEN

Novissimae Pontificis litterae
ad Galliae episcopos.

DATAE nuper a Pontifice Gallico sermone ad Galliae episcopos litterae eae fuere, quae de persecutionibus atque publicis odiis gravioribus in dies contra se a reipublicae magistris agerent eorumque iniustitiam evincerent. Quamquam et episcoporum et civium concordia facile ostendunt unum idemque mentes animosque Gallorum christiadum cum Patre amantissimo conspirare. Hanc quidem bonorum hominum unionem summopere laudat imprimis Pontifex, atque fortitudinem animorum, quibus

clerus omnis ac populus unanimi nisu impias leges in re conditas ita reiecerunt, ut ne unus quidem fuerit, qui ei obtemperaret. Hic enim consensus, ut Pontifex monet, praecipius hodie fructus est futurae victoriae, quam et Gallis et omnibus fidelibus suis post infelices pugnas tute Christus sponspit. Libere deinde rebellium magistratum consilia detegit, Catholici nimis nominis penitus evellendi tum avulsis a Petri cathedra Gallis, tum discordia eos inter malis artibus comparata et enutrita. Obtestatur vero nunquam se bellum in Gallicos praesides attulisse, quinimo eos maximo semper studio adamasse, ut facere decet virum Christi haeredem, qui universorum hominum caritatem mittere venit in terram. Queritur contra inflatum bellum et Christo et sibi, motamque in fideles persequitionem, quam nusquam profecto Ipse eupivit; queritur pulsos e domibus suis religiosos sodales, episcopos, parochos, tirones ecclesiasticos; queritur ecclesiae bona direpta, viduata templa Dei: male enim arguit legitimam usurpationem simulari, quum ea lex lata fuerit, quam servare catholicis viris non licet, nisi sublata radicitus Ecclesiae auctoritate. Facile enim id potuisse respublica cavere, ut sodalitates quidem fidelium cultus causa inirentur, ita tamen ut ab Ecclesiasticis ordinibus ac legibus, ut ius erat, penderent. At in hoc adamassim peccatum est; nulla enim Ecclesiasticae auctoritatis habita fuit ratio, iuraque fuerunt sodalibus tradita, quae cum divina Ecclesiae constitutione ex opposito pugnant. Atque haec ratio fuit qua ad eas sodalitates Pontifex reprobandas coactus est.

Damnavit quidem, idque vel cum latissima ecclesiasticorum bonorum iactura, neque sollicitus fuit calumniantium, qui quod Germanis lieuit Gallis non licere mentiti sunt; notum enim est apud Germanos Ecclesiasticae auctoritatis iura integra servata fuisse. Idque maxime odiosum cautum est, parochi vel rectoris vel sacerdotis saera facientis nullam esse in templo auctoritatem, nullum ius exercendi aut minus cultum, et si annua edita coram magistratu protestatione, nec alium ei quam precarii occupantis titulum esse relictum.

Modo autem novae legis iussa a Briandio proposita qua de causa sint reiicienda Pontifex aperit. Atque primum animadvertis bona Ecclesiae direpta esse, mox vero saerorum celebrationem, templorum aditum magistratum arbitrio esse relata, simul vero omne genus onera et parochis et sacerdotibus esse imposta, dum prohibentur singuli ne plus pecuniae impendant in cultum quam magistratus placeat. Hisce itaque mandatis additis factus est novissimus error peior priore, neque aliud eminet ea lege consilium quam Christi fidei radicitus abradendae et divellendae.

Huius criminis immanem culpam perfidi simulatores in Christi Vicarium, quasi in virum imperii cupidum, pervicacissimi coniiciunt atque sese suis coram civibus simulant fideles esse iustitiae. Secus enim elata voce illud obtestarentur, quod clam contendunt, Christum Galliae e finibus expellere; hoc vero facinus, ut populo ingratum, libero austu suscipere non audent. Quare publica iam indignatio undique crescit, et praesides afficit, et in eos incendit.

Inde oborituram confidit Pontifex aliquando salutem, quam expetendam enixis precibus a divina misericordia suadet; se autem sui muneri satisfecisse, prout ius erat, obtestatur, quod non valisset gravi sine culpa negligere. Iubet denique fideles alaeri et concordi animo adversus ingruentem tempestatem esse, simul et victoram a Christo sperare, qui sponspit sese Ecclesiae snae nnnquam defuturum. Cuius victoriae pignus esse vult apostolicam benedictionem quam per amanter Gallis omnibus est impertitus, quamque ut optatis respondeat, filiorum et fraternali pietate ex animo est omninandum.

IN LATINA LINGUA DOCENDAE RATIONEM NOVAE ANIMADVERSIONES.⁽¹⁾

Quum autem hue pervenerim, mihi liceat seiscitari:

Quanam causa – miserabile est dictu – nostri iuvenes praeferunt in latinum sermonem invehentur, flocci prae aliis pendunt, parum, ne dicam hilum, in eo proficiunt? Nonne mirum videtur, si temporis spatium huic studio adhibiti perpendatur, eur in hoc, et eo longo intervallo, modicus praeter spem comparetur quaestus? Non mihi sumo, profecto, nec postulo ut illa redeat aetas, qna latinae litterae apud omnes in summo essent honore, incredibilique ardore colerentur; item atque non exigo ut aevum Rossettianum reviviseat, in quo, quum alibi latina studia, occulta via currentia, a pristine aliquantulum degenerasset gratia, Neapolitani tamen « spectabili prae cunctis urbi », adolescentes reperirentur, qui « non adhuc exacto decimo quinto aetatis anno, scriptores latinos penitus intelligerent, quinimmo latine scriberent magnique reipublicae spem facerent emolumenti ». Tempora mutantur..... nec fas est novis necessitatibus obsistere; at saltem velim ut aliquid latinis litteris pristini splendoris gratiaeque reddatur, aliqua foveantur ope, sermonis pulchritudo et maiestas coram discipulis diligenter enodetur, non amplius a nebulonibus triobolique doctoribus dietetur putidum sapere illud, satis iam vixisse din, praecipitem esse in occasum, dignum ideo tantum cui pulvrenlentorum pegmatum ac membranarum inquisidores studeant. Quid enim nostris diebus fit? Possumusne enimvero affirmare iuvenes omnes, qui nostris studuerint scholis, latinum sermonem penitus intelligere latineque scribere aliquid scire?

Quum haec mecum ipse considerem exiguo que in hoc studio progressus compertos habeam, et illius linguae contemplatione vel maxime perturber, qua prisa gens populis domitis constituit leges, quaeque, dum vignit, romanam maiestatem ac decus eloquentissime significavit, huiusmodi iacturae duae causae meo animo obversantur: praejudicata vetustatis opinio, prae nimio rerum novarum ardore, et illa, ut ita dicam, haesitatio, quae studiorum moderatores plerumque afficit. Quarum altera rationem

(1) Cfr. num. sup.

docendi offendit, quod, rebus novis urgentibus, difficile sit communi opinioni obstare, etiam si omnem operam industriadque in hoc figant praeceptrors; altera vero praeceptrors ipsos a curis dehortatur, quippe qui e tot legibus, sese haud raro excludentibus, sua uti libertate prohibeantur.

Non verba sed res loquor: hae duae causae, quas supra dixi, quamplurimum latini sermonis notitiae nocent. Quae nam est quae hisce diebus de « classica » schola emendanda in varium agitatur quaestio? Quid sibi vult haec « schola unica absque latino », quae quasi absolutum quid in seaenam Italicam affertur? Nonne prius examinanda sit trutina, quam solemni decreto ad effectum adducatur, nescio quo quantove inventutis studiosae emolumento?

Ego vero longius progredior: aut latini sermonis funditus expellendum est studium – ecquis autem ausit id velle? – ita ut nullum oppido vestigium nostris in scholis supersit, aut omni ope, ut nostrum est, firmandum et magis in dies promovendum. Quod si latina institutio, ut mea fert opinio, tironibus artium aequa ac litterarum apta est, quum mentes mire dilueat verique eas ad comprehensionem accomodet, quid est causae eur ad « scholam unica » aditu latinus sermo prohibeatur? Praeter ea valde vereor quorsum id casurum sit, quum huins exercitationis fines ad quinquennium tantum sint redacti.

Ex hodierno periculo liceat commode argumentari.

Verum est olim paucos vix annos approbe sufficere ut iuvenes, studia colentes, latinam linguam calerent latineque eleganter scriberent. Grotius, exempli gratia, in suo opuseculo quod de scholarum classicarum informatione inscribitur, quadriennium tantum studiorum curriculo praefinit, quo in intervallo, una cum grammaticae praecopsis et syntaxeos legibus, in lectione scriptorum, in logica, rhetorica, prosodia, critica, politica arte, etc..... discipuli exercendi sunt. Sed tune et minor erat notio ediscendarum numerus, et latini sermonis in studio severe, ne dicam religiose, evigilabatur ab omnibus. Quum hoc autem nostra aetate fas non sit, at saltem nos « libidinosis », quantum in nobis est, mutationibus abstineamus.

Vere, nonne potest quoque nostro aeo latini sermo lingua gentium fieri? Quod est tamquam si quis dicat, iuvenes oportere omnes, quemque pro sua parte, in studium latinae linguae incurrere, in sua institutionis rem hoc adscribere, sive qui litterarum pergant viam, sive qui artium, eo quidem consilio ut illud uniuersique currirlo suscipiendo respondeat.

Superioribus annis Commentarius iste firmis sibi rationibus quaestionem proposuit, possetne latinus sermo verae ac propriae linguae, quae dicitur universalis, munere fungi (1).

Non defuerunt qui eruditissime ac sagacissime suis in scriptis pro hac causa disputarent, sicut virorum doctorum conventus habiti sunt, qui de latinitate instauranda pertractarent. Prae illis, arte compositis, linguis, quae vere sunt artificia, *Volapük*, *Esperanto* et huiusmodi commenta, latinus sermo optimus visus est

(1) Cfr. Vox Urbis, n. III, IV, a. M CM I; n. XIV, a. M CM II; n. IX, X, XXIV, a. M CM III, etc.

aptusque ad conpulorum viros simus ideo qui a tiam tamquam que universorum est, omnesque i latinam linguam necessitates sign gerenda apte cor discipulis suaderent.

At priusquam quam mihi prop imponam, adnoto simul quod mini proposito declinat caput et quasi n

Latini sermonis est, nimis est ar illud consequitur odio. Flexiones rationes, syntaxeos lectio, quidquid notionem attinet, mentes discentiin quam reereat. In alia pergendum est ratio aequa in litteris discipli – ut paucis absol mam et quasi stru perstudiosi fiant.

Proximis diebus Giornale d'Italia, clarissimus vir Gu insigni scripto res et vita, in doctrin immutanda instab « criticae historicae sufficere ». Prudent ut praeceptrors iu sese penitus in an sese in illos doctrin culum inspicere et vivatur, habita ra

Olim, in Italieis sermo vigebat, mos torum lectioni eleg logiam, onomasticae seemodi, quae me faciem redherent, delectarent. Ex hac

Nolo quidem (sus ut haec omnia qua viseant ac suam p quantur; sed, si q norum studiorum fi ecquis dubitare po una cum utilitate Ee quis inficias ire discipulos brevi an

Id ipse ego quod sum, si quid auctio in sit.

Scrib. Cavae.

novis urgentibus,
ni obstare, etiam
nque in hoc figant,
aceptores ipsos a
e tot legibus, sese
uti libertate prohi-

hae duae causae,
im latini sermonis
quae hisce diebus
landa in varium
vult haec « schola
quasi absolutum
ertur? Nonne prius
in solemnni decreto
io quo quantove
ento?

or: aut latini ser-
t studium—ecquis
t nullum oppido
apersit, aut omni
um et magis in
latina institutio,
artium aequa ac
tes mire dilucet
onem accomodet,
holam unicam »
atur? Praeter ea
surum sit, quum
inquennium tan-

commode argu-

x annos approve
olentes, latinam
leganter scribe-
in suo opuseculo
um informatione
ntum studiorum
rvallo, una cum
ntaxeos legibus,
rhetorica, pro-
..... discipuli
inor erat notio-
latini sermonis
tiose, evigilaba-
m nostra aetate
dinos», quan-
s abstineamus.
nostro aeo la-
fieri? Quod est
portere omnes,
studium latinae
stitutionis rem
arum pergent
consilio utilld
respondeat.

rius iste firmis
posuit, possetne
linguae, quae
gi (1).

ne ac sagacis-
sa disputarent,
us habiti sunt,
pertractarent.

nis, quae vere
o et huiusmodi
nus visus est

. XIV, a. M CM II;

aptusque ad communionem inter omnium po-
pulorum viros doctos comparandam, dignis-
simus ideo qui ad omnium disciplinarum scien-
tiā tamquam vineulum gentium populorum-
que universorum adhiberetur. Si igitur ita res
est, omnesque inter se viri docti congruunt,
latinam linguam ad nova tempora, ad novas
necessitates significandas, ad negotia quaeque
gerenda apte convenire, oportet omni industria
discipulis suadere ut illi studeant, colant, pera-
ment.

At priusquam huic orationi, quae longius
quam mihi proposuisse progressa est, finem
imponam, adnotatiunculam hanc placet addere,
simul quod minime videar praeter modum a
proposito declinasse, quum meae disputationis
caput et quasi mensura docendi ratio fuerit.

Latini sermonis institutio, qualis nostra aetate
est, nimis est arida et quasi solivaga; ex quo
illud consequitur ut fere omnibus discipulis sit
odio. Flexiones nominum, verborum coniuga-
tiones, syntaxeos praecepta, scriptorum ipsa
lectio, quidquid uno verbo ad latinae linguae
notionem attinet, nescio quid redolent, quod
mentes dissentium torquet fatigatque, potius
quam recreat. In hoc studio, mea sententia,
alia pergendum est via, intellectus habenda
est ratio aequa ac cordis, si quid volumus ut
in litteris discipuli proficiant, ita oportet efficere
— ut paucis absolvam — ut iuvenes, quum for-
mam et quasi structuram sermonis perceperint,
perstudiosi fiant.

Proximis diebus, in ephemeride romana *Il Giornale d'Italia*, (d. sc. XI mens. Oct. M DCCC VI) clarissimus vir Guilelmus Ferrerius, Corradinii insigni scripto respondens, quod est de Schola
et vita, in doctrinae secundi ordinis ratione
immutanda instabat addebatque necesse esse
« criticæ historicam et aestheticam rationem
sufficere ». Prudentia verba! Optabile est igitur
ut praeceptores iuvenes gradatim assuefaciant
sese penitus in antiquitatibus occulta insinuare,
sese in illos doctrinae fontes tamquam in spec-
ulum inspicere et reperi, aetatis tamen, qua
vivatur, habita ratione.

Olim, in Italicis scholis, quum maxime latinus
sermo vigebat, mos erat sociare latinorum scrip-
torum lectioni elegantiarum studium, phraseologiam,
onomasticon romanum et alia huius-
modi, quae melius propiusque latinitatis
faciem redderent, quaeque dissentium animos
delectarent. Ex hac latinitatis palaestra prodie-
runt italicarum litterarum praelaria lumina.

Nolo quidem (suspicionem prohibete, lectores)
ut haec omnia quasi « studia auxiliaria » revi-
viscant ac suam pristinam dignitatem conse-
quentur; sed, si quid illis concedatur, hodier-
norum studiorum finibus intra modum conclusis,
equis dubitare possit quin brevi voluptatem
una cum utilitate percepturi sint discipuli?
Equis infitias ire possit latinum sermonem
discipulos brevi amatuos et intellectuos esse?

Id ipse ego quodammodo tentavi et contentus
sum, si quid auctoratis in mea affirmatione
insit.

Scrib. Cavae.

M. GALDI.



HORAE SUBSECIVAE

I.

TAURINENSES LITTERAE.

Dulcissime rerum!

*Placet si tibi Vox ero taurinensis,
Eorum potius pollent nunc litteris.
Et mansuetis qui clarescunt artibus.
Pol armis olim potens nostra civitas,
Et omnis semper saeculis praeeritis,
Sub allobrogibus bellorum ducibus,
Et omnem nuper peragravit patriam,
Quae ex albis alpibus tendit ad Siciliam,
Musis videbatur adversa protinus.
Sui vix cives protulerunt animum
Ad artes pacis, evasere principes.
Et ille primus auctor qui Melpomenis
Ipsius cum Graecis decertarit impotens,
Suis est Ital's carus Alferius!
Eum post, brevi tempore interposito,
Astigit Sylvius, suorum coluit
Qui civium mores, res egit Italas
Minor ingenio, corde nec inferior.
Leo Marencus post cothurno nititur...
Sed omnes supra volitat Bersetus
Suis comoediis vulgari eloquo
Mores pingendo primus popularium.
Quis inter omnes Europae populus
Traveti ignorat nobiles miserias?
Hos inter viri clari quot ingenio,
Vates, oratores graves et historicci
Et qui Milesias scripserunt fabulas!
Ac nostris demum proprius temporibus
Musis inclaruit, ludisque scenicis
Joseph Giacosa, nuper qui fato decidens
Suorum civium planctum demeruit.
Huius quisnam felix presserit qui locum?
Deus faxit, diligit qui nos optime,
Ei committam nostras res libentius,
Nos ipse salvet, moderet vel in litteris
Ut cuncti corde serviamus candido.
At aetas praeiens dulcis quae nunc labitur,
Favens est litteris, infelix potius?
Hoc est quod, placet, dixerim, si in posterum!*

SUBALPINUS.

II.

MEA PUELLA RIDENS.

*Vidistine rosis ut laetus rideat hortus,
Quem lambit pellucida lympha?
Aut zephyrus placidas cum dimovet aequoris
[undas,
Leni ut crispat caerulea flatu?
Ut vigis rutilans aurora rehatur in aeterna,
Evictis fulgere tenebris?
Haec facies est, haec ridentis imago puellae,
Quam peperit pulcherrima matrum.
Aeriamque polo ut nebulam sol dispulit ortu,
Ponto ut equos eduxit anhelos,
Haud aliter roseis subridens ipsa labellis
Et vultus animosque serenat.*

ALAFRIDUS BRUNO.

EX AMERICIS

De urbe Chicagine.


*OMNIUM urbium, quaetam magnitudine quam
opibus ubique terrarum vigent, Chicaginem
rerum abundantia et operibus censeo esse
florentissimam. Origo urbis atque eius opera
aeque singularis. Inter omnes enim constat,
has vastas regiones, quae nullis ferme finibus
saepta tenentur, ab Indis, qui dicuntur, pri-
mis esse habitatas, deinde, ubi primum esse
Americas percerebuit, ab Europaeis, qui auri
desiderio ardentes, patria et suis relictis, hue
quasi flumen turbidum influxerunt, vel foedere
iecto vel armis esse occupatas. Id tamen, quod
hoc urbis loco, in quo palude exusto centum
ante annos Indorum tabernacula posita sunt,
immensa aedificiorum moles in caelum minatur,
negotia interiore quasi motu tument, ingenia
omnibus artibus et disciplinis finguntur, quam
pro hominum viribus et labore maius habetur
atque mirabilis.*

*Urbis situs, quo non alter opportunior locus,
in agris « Illinois » iuxta lacum « Michigan »
iam a prisca indigenis interdiu cultus et ha-
bitatus est. Urbs autem est tripartita; una
pars, quae ad septem triones vergit, septem-
trionalis vocatur, altera rivo, cui nomen « Chi-
cago » interiacente, ad meridiem versus, au-
stralisch dicitur, tertia denique, quae longius ad
occasum spectat, passim occidentalis appellatur.*

*Civis quum omnia ferme negotia, quae quam
ut cogitari possint maiora sunt, non in diversis
vicis, sed in urbis paene visceribus quotidie
obeant, medium urbis partem, altissimis ex-
structis aedificiis, praecipuum rerum venarium
sedem fecerunt. Quo paulo post primam diei
lucem ad obeunda negotia ingens hominum
multitudo, ex variis quasi fontibus quum ema-
narunt, tamquam inflati amnes non tam in-
fluent, quam immanni impetu inferuntur, unde
ad vesperam, negotio confecto, eadem, qua ve-
nerunt, festinatione se domos corripunt. Plures
itaque ad hanc urbis medullam patent aditus;
vehiculis enim, quae innumerabilia vel ele-
ctride vel vapore aguntur, sanguis, si ita di-
cam, per viarum venas in totum urbis corpus
diffunditur; ad hoc, ut cursus prorsus expe-
ditus sit, pontes ferrei, qui viam elevatam, ut
aiunt, efficiunt, quasi aliae patulae tres in urbis
partes sunt diffusi. Viae latae quidem, sed ob
aedificiorum altitudinem angustae, tanta ho-
minum turba saepe sunt refertae, ut undis
aestuantibus similis surgere et recedere vi-
deantur. In compitis autem et triviis, ne quis
viam transiens sarracis neve ullo impedimento
contundatur neve perstringatur, vigilis provi-
dent custodes. Transeuntium vero aures plau-
strorum strepitum et hominum conviciis atque
clamore adeo percelluntur, ut praeter confu-
sum tumultantium fremitum vix quidquam
clarae vocis accipere queant.*

*In aedificiis, quae altissima prope a nubibus
absunt, vel ostendandi vel empturos conci-
liandi gratia omnium rerum thesauri palam
sunt collocati. Namque neque vestes solae, ne-
que calcei, sed, si animalia exceperis, ab ovo,*

si ita dicam, usque ad mala venalium rerum veneunt. Impluvium, per quod vitro oportum lux late splendeat, in medio aedificio patet. Itaque, ex imo impluvio suspicenti aedificii altitudo, et vicenarum contignationum compages atque omnium rerum, quae suppetunt, copia, ut si in unum locum collata sint, in conspectum eadunt. Eorum, qui pecuniam in rationem indu-



Reipublicae via in urbe Chicagine.

cunt, in quadam taberna mille quingenti esse dieuntur. Itaque quantae sint tabernae impromptu est.

Quod urbs, divitiis comparatis, omnium rerum affluentia fruitur, id viis ferreis quam maxime attribuendum est. Ut agrorum ubertas roris veluti cibo alitur et confirmatur, sic hisce in regionibus oppida urbesque viis ferreis tamquam fluminibus non tantum aluntur, sed etiam parta paene et condita sunt. In Europaeis quidem terris viae ferreae secundum urbes, quae iam adultae erant, extensae fuere, sed hisce in finibus, rebus penitus conversis, urbes secundum vias ferreas conditae et aedificatae. Viarum ferrarearum autem hisce in terris vix ulla est, quin in nostrae urbis ostium ducat aut arctissimo utilitatis vineculo cum urbe sit coniuncta; unde affluit tanta rerum copia, ut urbis granaria quasi arboris rami ubertate incurvescant. Urbs igitur omnium commeantium iure vocatur ostium. Hue accedit ut laetus, quod caeruleum aequor iuxta urbem porrectum est, quum vel roris vel fretis cum aliis lacubus et mari coniunctus sit, multum urbi navigatione afferat utilitatis. Prope lacum autem moletrinae et fabrcae, ubi ferrum igni liquefactum variis figuris conformaretur, post quam operariorum multitudo, plures a Polonis oriundi, sedem heic constituerunt, magno pecuniae sumptu exstructae, et, quum opera prospere cessissent, auctae et amplificateae. Heic nulla laboris operaeque intermissione; fervetque opus sempiterno igni. Itaque noctu vagae candidi ignis flammæ, fulgoris paene aemulae, ut si caelum lambant, erumpunt dispelluntque circumfusas loci tenellas. Ad triginta millia hominum hisce in fabriceis multo labore sudare feruntur.


At macello, qui non tantum magna hominum celebritate sed etiam rerum apparatu multum pollet, effectum est, ut urbis nomen, veluti lumen nuper ortum in omnium adspectum ceciderit. Quippe in nostris plagis, quae ad oceum spectant, infinita paene et plana spatia, herbae et frumenti prodiga, quum a paucis advenis incolantur, ad pecuariam colendam aptissima, longe lateque sunt porrecta. Quibus in pratis quum innumerabiles pecorum greges vagarentur, nonnulli ingenio praediti et rerum periti, ut pecora in unum locum congregata caederent eorumque carnem civibus terrarum omnibus suppeditarent, consiliis habitis proposuerunt; quum autem urbs nostra, quo pecora congregarentur, electa esset, multa laniaria opinione celerius orta et in dies amplificata, inventis, quae ad servandam carnem utiliora essent, gradatim auctis, tanto ardore fervent, ut urbs in terrarum orbe sit nulla, quae non carnem et quidquid ex carne capiat utilitatis ab his officiis accipiat.

Iuvat pauca de quadam officina dicere. Altum est et longum aedificium, extra quod scalae utrinque saepta, qua oves suesque agantur in supremam partem dueunt. Heie rota, cui extremae eminent clavi, perpetuo motu revolvitur; clavis autem alligatur sus, quae pede suspensa, dum rota volvitur, cito trahitur ad eum, a quo iuguletur; iugulata in funem moventem delapsa fertur ad eum a quo visceribus remotis purgetur; deinde eodem tractu rapitur ad enm a quo rite in partes secetur denique postquam ad ceteros lanios allata est in frigidum conclave, ubi gelu rigida permaneat, coagitur et servatur suspensa. Nihil carunculae, ne gutta quidem crnoris perit, sed ex omnibus partibus saltem aliquid perecipitur utilitatis. Hoc vel simili modo pecora caeduntur et caesa servantur. Quibus in laniariis ad quinquaginta millia hominum mercede conducti operi ingenti inserviunt.

Urbs autem nostra, quae omnium urbium maxime « Americana » dicitur, quum cives ea, quae inter se contraria sunt, adversa quasi fronte componere in deliciis habeant, rebus inter se pugnantibus abundare videtur. Hinc locorum squalor et foeditas certant cum munitia et amoenitate, illinc hominum libido, luxuria, ignavia, cum continentia, temperantia, fortitudine; postremo copia confligit cum egestate. In suburris, quarum alia in alia urbis parte sita est, inquinorum sentina fetet; viae, quae circa sunt, asperae et imbre plerumque corruptae; gurgustia roris plena, ut si iam corruant, proclives inclinant; cauponae ibidem plurimae scelerumque saepe officinae.

Attamen horti amplissimi, ut civium voluptati inservient constructi, pro praecipuis habentur amoenitatibus. Heic viridaria arbustis et semitarum ornata decorata, sphaeristeria pueris lu-

dentibus aptissima, cetera denique, quae ad civium commodum et voluptatem pertinent, nescio quo rerum ordine et splendore sunt diffusa. Qui horti viis, quas bene stratas Boulevards gallice vocant, inter se coniuncti, quum cespites miri coloris vireant, quam quos in Europaeis urbibus viderim, venustiores et amoeniores sunt. Huc sodo caelo efflent equi phalerati,




Pons ferreus
viam elevatam in urbe Chicagine efficiens.

rhedae electride acti, omnes denique urbis opes, quae narrare longum est.

Quidnam tantum in urbe valet religio? Cives variis disciplinis subacti, quamvis alii Deum esse infipientur, alii res sacras flocci faciant, quin in religionem sint propensi, negari non potest. Fana igitur et templa veluti excelsae populi tota urbe proeminata, eaque, id quod maximum est, civium impendio erecta. Quum Catholicci, non tantum urbe nascente, sed etiam adulta multum possent, plurima templa nostrae religioni sunt dicata. Nongenta millia incolarum sub signis Catholicis stipendia quodammodo mereri dicuntur.

Urbis historiam summis saltet labiis attinere libet. Hos agros annos 1803 vir quidam, cui Vinzie nomen, Europaeorum primus, casa erecta, excoluit, quem ob loci opportunitatem tot advenae sequabantur, ut brevi mora oppi-



Quadrivium in urbe Chicagine.

dum nascetur. Qua reflante, anno 1871 ubi primum respira alteram urbem eamq rem exaedificandam quum tantis viribus a liaria longa et ad meriis ferme immensantium autem multilia hominum ex omni conflata. Nunquam p contigit, ut paucis a cogitatione quidem a num ingenio atque vi eago ingenii tamquam hominum vires et comparet! Valete.

Scrib. Chicagine, me

CAROLI GOLDONII CEN

CAROLI GOLDONII me condecorari posse steris visa est quam Illum enim illum virum micae rei facile principi Ludovico XIV rege, tenuis fuerat aemulatus Goldonius noster forte

Qui patria Venetus, mense Februario, ann habuit. Dives quidem artis studiosissimus, suae non sine laude documentis a tenella deinde oblitus est nunquam tenuata, Perusiam Car atque medicinae artem Ea in urbe praecocis in dicere, futurae gloriae spectis, etsi octavum vix ag quam in domestico the ipse egit. Ea inter rep quoadusque Ariminum dae causa missus est. dalibus extemplo occur rino itinere petebant, atque invisenda matr iis sese immiscent. Et m qui exinde, redeunte V eo morbis medendi ip Mox Papiam missus egiunum, unde tamen, par eosque nimis acres li edidisset, non sine od domum rediit. Redux aliquandiu, cancellarii fungens, Feltris vixit, animi sui studio indul Petri Metastasii drama

Sed brevi, patre orbatum oportuit, ubi in utribus est. Deficientibus in theatrum veh

denique, quae ad
luptatem pertinent,
splendore sunt dif-
bene stratas Boule-
se coniuneti, quum
quam quos in Euro-
niores et amoenio-
uunt equi phalerati,




us
hicagine efficiens.

denique urbis opes,

valet religio? Cives
quamvis alii Deum
ceras flocci faciant,
ropensi, negari non
ola veluti excelsae
ta, eaque, id quod
ndio erecta. Quum
ascente, sed etiam
ma templa nostrae
enta millia incola-
tipendia quodam-

altem labiis attin-
1803 vir quidam,
rum primus, casa
ci opportunitatem
brevi mora oppi-



dum nasceretur. Quum vero oppidum, fortuna
reflante, anno 1871 igni deletum esset, cives,
ubi primum respirandi spatium datum est,
alteram urbem eamque maiorem et amoenior-
rem exaedificandam curaverunt. Urbs itaque,
quum tantis viribus adolevisset, ad triginta mil-
liaria longa et ad' decem milliaria lata po-
meriis ferme immensis circumdata est. Inhabi-
tantium autem multitudo vices centena mil-
lia hominum ex omnibus terrarum gentibus
conflata. Nunquam post hominum memoriam
contigit, ut paucis annis, tanta opera, quae ne
cognitione quidem antea efficta erant, homini-
num ingenio atque virtute compararentur. Chi-
cago ingenii tamquam imago est, ex qua, quid
hominum vires et constantia possint, satis ap-
paret! Valete.

Scrib. Chicagine, mense Decembri M DCCC VI.

HILARIUS DOSWALD C. C.

CAROLI GOLDONII CENTENARIA COMMEMORATIO.

CAROLI GOLDONII memoria nullo aptiore titulo
condecorari posse tum aequalibus tum posteris visa est quam Italici Molierii titulo. Gallum enim illum virum argutissimum atque comicæ rei facile principem qui superiori saeculo, Ludovico XIV rege, floruerat et nemo illuc tenus fuerat aemulatus, nemo hactenus nisi Goldonius noster forte aequavit.

Qui patria Venetus, genere vero Mutinensi,
mense Februario, ann. MDCCVII Mutinae ortum
habuit. Dives quidem avus eius et comicæ
artis studiosissimus, spectacula haberi domi
suae non sine laude procurans, iis nepotem
documentis a tenella aetate imbuit, quae ille
deinde oblitus est nunquam. Anno vero MDCCXII
avò vita functo eiusque morte re familiari late
attenuata, Perusiam Caroli nostri pater migravit,
atque medicinæ artem exercendam ibi suscepit.
Ea in urbe praecocis ingenii puer prima, si licet
dicere, futurae gloriae specimina spopondit scri-
ptis, eti octavum vix ageret annum, comoediam,
quam in domestico theatro una cum aequalibus
ipse egit. Ea inter repetebat studia litterarum,
quoadusque Ariminum philosophiae persequen-
dae causa missus est. Quum autem comicis so-
dalibus exemplo occurisset, qui Venetas mar-
ino itinere petebant, fervore iuventae actus
atque invisidæ matris causam mentitus, cum
iis sese immisicit. Et mater adolescenti indulxit,
qui exinde, redeunte Venetas patre, una cum
eo morbis medendis ipse operam ministravit.
Mox Papiam missus est in Pontificium colle-
gium, unde tamen, paulo post, quum satyricos
eosque nimis acres libellos in privatos forte
edidisset, non sine odio et dedecore pulsus,
domum rediit. Redux in iudicilibus negotiis
aliquandiu, cancellarii seu actuarii ministerio
fungens, Feltris vixit, quamquam, praecipuo
animi sui studio indulgens, comoedis praefuit,
Petri Metastasii dramata iis aptans.

Sed brevi, patre orbatum Patavinum discedere
eum oportuit, ubi in utroque iure lauream ade-
ptus est. Deficientibus impensis vero ei clien-
tibus, in theatrum vehementius intendit, atque

paulo post drama a se conscriptum actum in
scoenis vidit, cui titulus *Belisarius*; quod etsi
tot mendis seateret, ut neque ipse auctor agi
libens voluisse, tamen unanimi plausu exceptum
est. Biennio hinc inter forensia, inde inter
dramatica negotia deducto, notarii Iauensis
filiam in matrimonium duxit, quae cum deinde

Ianuam, atque iterum deinde Venetas, ubi sua
edere opera, conlata undique civium pecunia,
statim coepit.

Tunc igitur per Italica theatra eius dramata
late aguntur, plaudentibus ubique civibus at-
que auctoris nomen ut theatri instauratoris laet-
tissime salutantibus. Aristarchos habuit tamen
acerrimos, quos inter praecipui viri duo fuerunt
Carolus Gozzi atque Vincentius Baretti, qui
tum eius stylum scribendi, tum novam eius
artem acerrime sunt insectati. Frustra tamen;
nam eius fama brevi Italiae fines transiluit ac
Lutetiam attigit, ubi tanto plausu eius comica
scripta audita sunt, ut optimatum expensis
vocatus auctor eo fuerit, qui etiam Italicae
linguae magister regiis puellis addictus est.

Parisiis, vel quum funetus hoc officio est,
nunquam in posterum discessit, quamvis et
Angli et Lusitani aliqui eum certatim advo-
caverint; ibique, et in suburbano praesertim
Versaliensi recessu, nova semper opera edidit
actaque vidit cum regis regiaeque aulae lau-
dibus multis, donatusque est praemiis ditissimis
et honoribus auctus.

At iam ad multam senectutem proiectus
vitæ suæ memorias perscribere optimo ausu
aggressus est, quae secundo anno ante Gallicam
celeberrimam seditionem vulgata tandem fure.
Seditio vero illa ut regem aulamque evertit,
ita Caroli nostri stipendia praecedit. Qui quum
iam senio laboraret, gravi accidente egestate
in extremum tandem morbum incidit. Quamobrem
ipsa ea die, postquam Andrea Chenier
poëta intercedente, stipendum emeritum redi-
tum decreto publico ei fuerat, vita excessit:
superstes vidua stipendum lucrata est.

Haec vita fuit viri ferme celeberrimi, qui
ea aetate, qua Italorum comicæ ars omnibus
vitiis laborabat, nobilissimo ausu eam redemit
instauravitque, atque ita restituit, ut iterum
scenicae actiones veteris praecerto philosophi
peroptime inservirent: « Ridendo mores castigare ». Mira enim est in eius scriptis personarum
veritas, mira sermonum facilitas, mira
comicæ vis, sales lepidi ac faceti, fabula omnis
compta et elegans semper; mira postremo foecunditas. Itaque lepore Plautum aemulatur,
elegantia et veritate Molierum; copia Lopez
de Vega, Iberum scriptorem principem, adae-
quat. Comoedias enim scripsit quinquaginta
supra centum, easque ita inter sese varias, ut
quasi prodigia inventionis donata mens eius
videretur. Quod si quae sunt Italico sermone
scriptæ non ita puram italicitatem redolent,
quam optimi scriptores nostri solent, levis pro-
fecto menda tot inter laudes et merita indul-
genda benigne videtur; quae quidem ab iis
exsulat omnino scriptis, quae sive Veneto ver-
naculo, sive Gallico idiomate composuit.

Carolo Goldonio igitur saeculum XVIII iure
gloriat, atque Veneti cives imprimis suos
inter optimos iure meritoque extollunt. Nemo
inde mirabitur si communi pecunia aeneum
hoc, quo has paginas decoramus, signum ei
posuerint in media urbe, ad S. Bartholomaei
campum, venustissimum. Ibi enim videre licet
senis faciem mitem quidem et benignam, sed
ita argutam lepidamque, ut prope demordentem
vitia et corrigentem hominum culpas aceris saty-
rarum flagello audire virum credamus. Sed eius



Caroli Goldonii monumentum Venetiis.
(ANTONIUS DAL ZOTTO effinxit).

concordissime semper vixit. Quamobrem quum
anno MDCCXXXIX Iauensis apud Venetos consul
vita excessisset, hoc munus Carolo, intercede-
nte uxoris gente, est demandatum.

Sed politicae arti viri ingenium fervidum ac
libertatis studiosum male serviebat; quare,
tertio inde anno, muneri valedicens comicam
dilectam artem ut sequeretur circumire Italiam
cum comicorum comitatu instituit. Hoc modo
Ariminum per aliquod tempus ut theatrorum
moderator incoluit; deinde Florentiam migravit
ac Pisas; tunc temporis Arcadum in collegium
Romæ cooptatus est.

Modo, anno MDCCXLVIII, Venetas quum re-
diisset, in theatri instaurationem illam quam
iamdiu animo voluntaverat manus admovit: eo
enim anno bacchanalium tempore sexdecim
novas comoedias proelo sese editurum spopondit,
atque ita alacriter fecit, ut grave inde valetu-
inis detrimentum acceperit. Sed viribus refer-
tus Augustam Taurinorum perrexit, postea

memoria per theatra omnia multo adhuc cum honore et multa cum civium iueunditate vivit; Goldonii enim dramata ubique aguntur passim, quia, ut sunt vitia hominum semper eadem, ita castigantis poëtae repetere documenta saluberrimum semper ac suavissimum simul medicamen habetur, et ad emendationem utilissimum, et dignum quod omnes sive pecunia, sive opera, sive plausu suo pro posse suscipiant.

Nunc denique, redeunte centenaria die ex quo lucem Carolus adspexit, gratae memoriae semperque virentis gloriae testimonium ei reddere et civile opus est et gratum omnibus, qui humanos mores tum sibi, tum proximis emendare et in dies meliores reddere sincero animo exoptant.

SS. D. N. PII PP. X

IUBILAEUM SACERDOTALE.

Eminentissimi Purpurati Patris Aloisii Oreglia a S. Stephano, sacri Collegii Decani, litteris, quas honori duximus in nostrum commentarium referre, aliae institerunt, a Centrali Consilio ad omnes Catholici Orbis Episcopos missae, quas quidem, utpote sollemnium mentem et ordinem aperientes, quo facilius hoc novum in Christi Vicarium fidei et amoris testimonium socii et lectores nostri pone sequantur, integras pariter vulgare optimum duximus. Eadem litterae, festo Nativitatis D. N. Iesu Christi datae, ita sese habent:

Illñe ac Revñe Domine,

Postquam Ioannes Acquaderni, Comes, munus Praesidis Consilii inter nationes a se constituti ad quinquagesimum celebrandum annum, ex quo primum ad aram fecit SS. D. N. Pius PP. X, abdicavit, Societati e Catholica Italorum Iuventute, quae inter singularum nationum invenies pro faustissimo eventu solennia promovendi initium iam ceperat, commissum fuit ut opus universum sibi sumeret idque ad optatum finem perduceret.

Hisce itaque litteris epistolam repetentibus, quam honori duximus ad te mittere d. xxv superioris Mens. Martii, et iuxta ea quae tum a cl. v. Philippo Tollì, ipsius coetus a memorato Acquaderni convocati altero a Praeside, tum a nobis vulgo per diaria edita fuere, dum validum patrocinium tuum erga rem iterum enixe rogamus, programma, pro re nata aliqua ex parte submutatum, tibi denuntiare officii nostri duximus.

Ad melius enim consequendum propositum nostrum in id propius intendere mens fuit, ut communis omnium Patri, cuius animus hisce difficillimis temporibus tot filiorum perduellium causa multifariis saevisque angitur modis, levamen aliquod adferatur, ut Fidei Catholicae sensus in animis revirescat, diffundatur, aut agitetur sopore vicius, ut denique magnificum in toto orbe terrarum idque memorabile promoveatur spectaculum novorum operum, ad communem miserorum hominum vitam tum circa spiritum, tum circa corpus sublevandum

utilium. Itaque programmatis summam finibus conclusimus, qui sequuntur:

I. Oblationum collectio e Filiali Christiadum amore profluens, Pontifici veluti eleemosyna sacrificii tradendarum fausta illa redeunte luce, qua Sacerdotium quinquagenis ab annis ipse Pontifex auspicatus est.

II. Conventus inter Iuvenilium Societatum legatos ab omnibus nationibus missos, mense Septembri an. MCM VIII Romae agendum.

III. Earumdem Societatum peregrinatio, quum praefatus conventus habeatur.

IV. Calix aureus, qui veluti Iuventutis catholicae uniuersiusque nationis tributum observantissimum Bñ Patri deferatur die festo Iubilaei, ab Ipso in sacris adhibendus.

V. Stabilia opera pro iuventute singulis locis indicenda ad memoriam faustissimi eventus.

VI. Institutiones ad auxilium pietatis, morum, humanitatis emigrantibus maxime ferendum.

VII. Sacrarum vestium rerumque linteariarum, cotidiani usus praesertim, expositio, quae a Societatibus foemineisque Institutis, puellarum praecipue, colligendae erunt pro Ecclesiis indigentibus, ad nutum Pontificis relinquendae.

Quod autem ad fidelium peregrinationes spectat, qui proculdubio per totum annum iubilarem Romanum advenient, ea adnotare iuvat, quae Sacrae Domus Praepositus monuit: a mense scilicet Octobri an. MCM VII usque ad Septembrem an. MCM VIII, peregrinorum manus, ne Summus Pontifex nimium laboribus opprimatur, certo temporis circuito, id est ad intervallum dierum quindecim, coram SSmo iri admissum. Auctorum igitur ac fautorum earumdem peregrinationum erit ut cum nostro Centrali Consilio circa adventum in Urbem mature in antecessum convenient.

At praeter validum patrocinium, quod a Te, Illñe ac Revñe Domine, superius exquisivimus, alia prorsus invocamus: ut Catholiceae, animi fervore, studio, opere pollutum, agmen constituas, cui mandatum conferas honores erga Augustum Dñi Nostri Iesu Christi Vicarium in Dioecesi tua promovendi ac perficiendi, cui insuper munus sit cum hoc nostro Centrali Consilio epistolare commercium inire, quo concors ideoque efficacior communis operis collatio evadat. Quum autem apud Iuventutis Catholiceae societas hoc opus inchoatum fuerit, ad praefatos coetus componendos ipsis societatibus, ubi iam instituta sint, partem aliquam concedendam aequum videtur. Pergrati insuper erimus, Tibi, Illñe ac Revñe Domine, si pro tua humanitate de huiuse coetus sive Dioecesanii Consilii constitutione certiores feceris, ac simul nomen et domicilium indicaveris illius ex sociis, qui, in tuam plenam fidem receptus, nobiscum alternis versari litteris valeat, ut eiusvis rei Dioecesanum Consilium et Te ipsum partcipem habeamus.

Quum denique de constitutione longe latente patent agatur, ideoque simplicitatem celeritatemque exquirere oporteat, ut quam primum ad rem manus admovereas insimul expetere audemus.

Praeterea nostro Centrali Consilio in optatis est, ut Bñ Patri filiorum suorum stipem offensens, nomina etiam cuiusque donantis Ei scripta

subiiciat tot schedulis eadem forma modoque per nationes et, ubi opus sit, etiam per dioeceses pluribus voluminibus distributa. Unicum igitur schedularum exemplar in medium proferre indicavimus, quod hisce litteris adiunctum ad Te obsequenter mittimus. Huiuscem exemplaris, postquam dioecesis cuiusque coetus in proprium verterit sermonem, perplurima alia praelo subiicienda curabit, ut quam latissime potis sit inter catholicos schedulae ipsae diffundantur; denique largitorum nominibus refertae ad nos eum stipe transmittentur. Una pariter cum voluminibus, quae donatorum nomina complectentur, alia Bñ Patri volumina deferemus, quae tum notulam, tum stabilium operum descriptionem toto catholicorum orbe constitutorum in memoriam Iubilaei, ut supra, continebunt, ita ut verum atque eloquens Fidei monumentum christiadumque dilectionis, apud Pontificis solium, centrum scilicet atque vineulum salutare quod nos Deo coniungit, deponi ac permanere possint.

Alacres quas summa iterum observantia process de supradictis omnibus effundimus, ut benignae accipias exoramus, et ea qua nitimur spe et quibus Te prosequimur obsequio et existimatione, ad osculum sacri annuli pastoralis pro volunti, Tui, optime Praesul, erimus usque; etc.

EX SS. CONGREGATIONIBUS ROMANIS SENTENTIAE NOVISSIMAE SELECTAE.

Ex Congregatione Indicis.

In indicem librorum prohibitorum nuper relata sunt quae sequuntur opera:

L'ABBÉ E. LEFRANC, Les Confits de la Science et de la Bible. — (Paris 1906).

SEGISMUNDO PEY-ODEIX, El Jesuitismo y sus abusos. — Collexion de articulos. — (Barcelona, s. a).

IDEM, Crisis de la Compania de Jesus, hecha por personas eminentes en santidad y letras. — (Ibidem).

ALBERT HOUTIN, La Question biblique au xx siècle. — (Paris, 1906).

(L. LABERTHONNIÈRE, cuius opera per decreto d. v mens. Aprilis M DCCCC VI in indicem librorum prohibitorum relata sunt, laudabiliter se subiecit eaque reprobavit).

Ex Congregatione Sacrorum Rituum, Indulgenciarum et Sacrarum Reliquiarum

DECRETUM

DE USU LINGUAES SLAVONICAE IN SACRA LITURGIA.

Aeres de liturgico palaeoslavi seu glagolitici sermonis usu controversias, quae diu iam in provinciis Goritiensi, Iadrensi et Zagrabensi dioeceses plures commoverunt, compositas atque adeo sublatas omnino esse oportuit, post ea quae Sacrum hoc Consilium itemque illud extraordinariis Ecclesiae negotiis praepositum, Pontificis Maximi nomine et auctoritate, decreverat. Sed tamen nondum ipsas conquevisse dolendum est; siquidem hic sermo etiamnunc multifariam contra praescriptum usurpat in perfunctione sacrorum; id quod non modo magnam affert et admirationem et offendit pietati publicae, verum, cum gravi etiam caritatis pacisque christiana detractione, Christi fideles, vel intra domesticos parientes, hostiles facit.

Tanta obtenerationis debitate oblivio quantae sit aegritudini SSmo D. N. Pio PP. X, facile aestimari potest; Isque, Apostolici officii sui esse intelligens,

huiusmodi controversias
Sacrae Congregationis
Archiepiscopos, Episcopos
vinciarum memoratarum
diei 5 Augusti 1898
fuisserent, omnia, nonnulla
caret, eaque sancte i

Antistitutum conscientia

Primum igitur, qui
rit, ut Ordinarii sing

exhiberent omnium su

certum esset privilegio

sens uti; quumque ei

sit, quippe talis index

deratur tamen adhuc,

gatio praecipit ut Ord

lium anni proximi Ap

quidem legibus confe

ut eae dumtaxat eccl

auctae, notentur, in qui

certis monumentis ac

glagoliticam ab anno

intermissione in sacris

ut, eiusdem privilegi

bantur ecclesiae, ubi in

guia celebrandis Epist

glagolitice mos fuerit,

croatico vulgari canan

Praeterea Sacra ha

scripta sunt, approbant

giosissime observanda

I. Quandoquidem Ap

litiae linguae liturgie

certis terminare finibus

huiusmodi considerari

ut privilegium *locale*, qu

minime vero ut *personalis*

dotes pertineat. Quamob

slavicae dictiones periti

terunt, Sacrum facientes

vilegio caret.

II. Semel confecto et

legiatarum indice, nulli p

ssi, quaeunque causa au

slavicam in sacram litur

saecularis aut regularis

id attentaverit, ipso fa

ceterorumque sacrorum

Apostolica Sede veniam

III. In ecclesiis, quae

facere et Officium perso

tione, permisum exclusiv

quacumque seclusa alteri

tamen praescriptis ad

autem ad Sacra et ad C

ribus glagoliticis sint e

Sede recogniti et appro

turgici, vel alio impressi

batione Sanctae Sedis, ve

IV. Ubicumque populu

spondere solet, ut nonnu

id etiam nonnisi lingua

privilegiatis fieri licebit

poterit Ordinarius, fide

usum manualis libri lati

glagoliticorum, exarati.

V. In praefatis ecclesie

palaeoslavicæ indubitan

idiomate impressum, ad

torum et Sacramentalium

illud fuerit ab Apostolica

batum.

VI. Sedulo current Epis

dium provehere cum lati

viae, ita ut cuique dico

praesto sint ad ministeri

dem forma modoque
it, etiam per dioeceses
ributa. Unicum igitur
medium proferre iudi-
cis adiunctum ad Te
usce exemplaris, post-
coetus in proprium
rima alia praelo subii-
tissime potis sit inter
diffundantur; denique
rtae ad nos cum stipe
er cum voluminibus,
complectentur, alia
remus, quae tum no-
num descriptionem toto
natorum in memoriam
ebunt, ita ut verum
monumentum christia-
Pontificis solium, cen-
salutare quod nos
permanere possint.
erum observantia pre-
s effundimus, ut beni-
ea qua nitimus spe
obsequio et existima-
nnuli pastoralis pro-
l, erimus usque; etc.

ONIBUS ROMANIS MAE SELECTAE.

s.
ibitorum nuper relata
Confits de la Science
6).

El Jesuitismo y sus
los. — (Barcelona, s. a.).
nia de Jesus, hecha por
y letras. — (Ibidem).
estion biblique au xx

hius opera per decre-
cccc vi in indicem li-
sunt, laudabiliter se su-

rum Rituum, Indul-
m Reliquiarum: *ibidem*

UM

LE IN SACRA LITURGIA.

lavi seu glagolitici ser-
e diu iam in provinciis
piensi dioeceses plures
que adeo sublatas om-
iae Sacrum hoc Consi-
ariis Ecclesiae negotiis
ni nomine et auctoritate,
um ipsas conquevisse
permo etiamnunc multi-
surpat in perfunctione
magnam afferat et ad-
ietati publicae, verum,
isque christiana detri-
tra domesticos parientes,

itiae oblio quantae sit
PP. X, facile aestimari
ci sui esse intelligens.

huiusmodi controversiis imponere finem, nuper huic
Sacrae Congregationi mandavit, ut, datis ad R̄mos
Archiepiscopos, Episcopos et Ordinarios ceteros pro-
vinciarum memoratarum litteris, quaecumque Decreto
diei 5 Augusti 1898 aliisque deinceps praescripta
fuissent, omnia, nonnullis opportune mutatis, revo-
caret, eaque sancte inviolateque, onerata ipsorum
Antistitum conscientia, observari iuberet.

Primum igitur, quum eo ipso Decreto cautum fuerit, ut Ordinarii singuli indeem conficerent atque
exhiberent omnium suae dioecesis ecclesiarum, quas
certum esset privilegio linguae glagoliticae in praes-
sens uti; quumque ei praescriptioni satisfactum non
sit, quippe talis index, licet studiose expeditus, desideratur tamen adhuc, eudem Sacra haec Congregatio
praecipit ut Ordinarii omnes intra mensem Iulium anni proximi Apostolice Sedi exhibeant, his
quidem legibus confectum:

ut eae dumtaxat ecclesiae, tamquam hoc privilegio
auctae, notentur, in quibus non conjectura aliqua, sed
certis monumentis ac testibus constiterit, linguam
glagoliticam ab anno 1868 ad praesens tempus sine
intermissione in *sacris peragendis* adhibitam esse;

ut, eiusdem privilegii nomine, nullae istis adscri-
bantur ecclesiae, ubi in solemnibus Missis latina lingua
celebrandis Epistolam et Evangelium cantari
glagolitice mos fuerit, eoque minus ubi ista sermone
croatico vulgari canantur.

Praeterea Sacra haec Congregatio, quae infra-
scripta sunt, approbante item Summo Pontifice, reli-
giosissime observanda edicit:

I. Quandoquidem Apostolica Sedes de usu glago-
liticae linguae liturgico opportunum factu censuit
certis terminare finibus quod olim indulserat, usus
huiusmodi considerari et haberi ab omnibus debet
ut privilegium *locale*, quibusdam adhaerens ecclesiis,
minime vero ut *personale*, quod ad nonnullos Sacer-
dotes pertineat. Quamobrem Sacerdotes, qui palaeo-
slavicae dictionis periti sint, eam adhibere non po-
terunt, Sacrum facientes in ecclesia, quae hoc pri-
vilegio caret.

II. Semel confeeto et publicato ecclesiarum privi-
legiatarum indice, nulli prorsus licebit in aliis eccl-
esiis, quacumque causa aut praetextu, linguam palaeo-
slavicam in sacra liturgiam inducere. Si quis vero,
saecularis aut regularis Sacerdos, secus fecerit, aut
id attentaverit, ipso facto a celebratione Missae
ceterorumque sacrorum suspensus maneat, donec ab
Apostolica Sede veniam impetrabit.

III. In ecclesiis, quae privilegio fruuntur, Sacrum
facere et Officium persolvere publica et solemnri ratione,
permisum exclusive erit palaeoslavicu idiomate,
quacumque seclusa alterius linguae immixtione, salvis
tamen praescriptis ad § XI huius Decreti. Libri
autem ad Sacra et ad Officium adhibendi characteri-
bus glagoliticis sint excusi atque ab Apostolica
Sede recogniti et approbati: alii quicunque libri li-
turgici, vel alio impressi charactere, vel absque appro-
batione Sanctae Sedis, vetiti omnino sint et interdicti.

IV. Ubique populus Sacerdoti celebranti respon-
dere solet, ut nonnullas Missae partes canere,
id etiam nonnisi lingua palaeoslavica, in Ecclesiis
privilegiatis fieri licebit. Idque ut facilius evadat,
poterit Ordinarius, fidelibus exclusive, permittere
usum manualis libri latinis characteribus, loco gla-
goliticorum, exarati.

V. In praefatis ecclesiis, quae concessione linguae
palaeoslavicae indubitanter fruuntur, Rituale, slavico
idiomate impressum, adhiberi poterit in Sacramen-
torum et Sacramentalium administratione, dummodo
illud fuerit ab Apostolica Sede recognitum et appro-
batum.

VI. Sedulo current Episcopi in suis Seminariis stu-
dium provehere cum latinae linguae, tum palaeosla-
vicae, ita ut cuique dioecesi necessarii Sacerdotes
praesto sint ad ministerium in utroque idiomate.

VII. Episcoporum officium erit, ante Ordinationem
sacram, designare clericos, qui latinis vel qui palaeo-
slavicis ecclesiis destinentur, explorata in antecessum
promovendorum voluntate et dispositione, nisi aliud
exigat Ecclesiae necessitas.

VIII. Si quis Sacerdos, addictus ecclesiae, ubi la-
tina adhibetur lingua, alteri debeat ecclesiae inser-
vire, quae palaeoslavici fruitur idiomatis privilegio,
Missam solemnem ibi celebrare Horasque canere te-
nebitur lingua palaeoslavica: attamen illi fas erit
privatim Sacra peragere et Horas canonicas persol-
vere latina lingua.

Sacerdos vero, palaeoslavici idiomatis ecclesiae
adscriptus, cui forte latinae ecclesiae deseruire con-
tingerit, non solemnem tantummodo, sed privatam
etiam Missam celebrare itemque Horas canere tene-
bitur latina lingua; relicta illi solum facultate Offi-
cium privatim persolvendi glagolitice.

IX. Licebit pariter Sacerdotibus, latini eloquii
ecclesiae inscriptis, in aliena ecclesia, quae privile-
gio linguae palaeoslavicae potitur, Missam privatam
celebrare latino idiomate. Sacerdotes vero, linguae
palaeoslavicae ecclesiis addicti, eodem hoc idiomate
ne privatum quidem Sacrum facere poterunt in eccl-
esiis, ubi latina lingua adhibetur.

X. Ubi usus invaluit in Missa solemnni Epistolam
et Evangelium slavice canendi, post eorumdem can-
tum latino ecclesiae ipsius idiomate absolutum, hu-
iusmodi praxis servari poterit. In missis autem paro-
chialibus fas erit post Evangelii recitationem illud
perlegeret vulgari idiomate, ad pastoralem fidelium
instructionem.

XI. In ipsis paroecis, ubi viget linguae palaeo-
slavicae privilegium, si quis fidelis ostenderit se
cupere aut velle, ut Baptismus vel sacramenta ce-
tera, Matrimonio non excepto, sibi suisve admini-
strentur secundum Rituale Romanum latinum, et
quidem publice, eademque lingua habeantur rituales
preees in sepultura mortuorum, huic desiderio aut
voluntati districte prohibentur Sacerdotes ullo pacto
obstare.

XII. In praedicatione verbi Dei, aliisve cultus
actionibus quae stricte liturgicae non sunt, lingua
slavica vulgaris adhiberi permittitur ad fidelium
commode et utilitatem, servatis tamen Generalibus
Decretis huius Sacrae Rituum Congregationis.

XIII. Episcopi illarum regionum, ubi eadem in
usu est lingua vernacula, studeant uniformi curandae
versioni precum et hymnorum, quibus populus indul-
get in propria ecclesia: ad hoc ut qui ex una ad
aliam transeunt dioecesim vel paroeciam, in nullam
offendant precationum aut canticorum diversitatem.

XIV. Pii libri, in quibus continetur versio vul-
gata liturgiarum precum, *ad usum tantummodo pri-
vatum Christifidelium*, ab Episcopis rite recogniti sint
et approbati.

Datum Romae, et Secretaria Saerorum Rituum
Congregationis, die xviii Decembris anno M DCCC VI.

L. & S.

SERAPHINUS card. CRETONI,
S. R. C. Praefectus.

DIOMEDES PANICI, Archiep. Laodicen.,
S. R. C. Secretarius.

DIARIUM VATICANUM.

(Die xxii mens. Dec. M DCCC VI - die xx mens.
Ian. M DCCC VII).

Coram SSmo admissiones.

Praeter Purpuratos Patres, Urbanos Antistites
aliros viros, qui sui cuiusque munieris gratia Pon-
tificem de more adiverunt, peculiari nota digni sunt
iuxta admissionis diem: Sacer Senatus legatique omnes
exterarum gentium apud Apostolicam Sedem, atque

Pontificiae militares copiae omnia in novum annum
offerentes; Achilles Locatelli, archiepiscopus Thessalo-
nicen. consecratus, Apostolicus Internuntius apud Ar-
gentinam civitatem; Sacrum XII virorum consilium
litibus iudicandis; Montis Draconis dux eiusque fami-
lia; Thomas Antici Mattei princeps Urbanus cum uxore
et liberis; De Aberdeen Comes, alter a rege apud Hibernos;
Augustus de Bavaria, Marchio Urbanus; Sigismundus Malatesta Comes; execūs vir Galeazzus
Thun de Hoenstein, Comes et Magister Maximus
supremi militaris Ordinis Hierosolymitani Melitensis
cum consiliariis suis; Consilium Pontificiae Academ-
iae « Novorum Lyncaeorum »; Emanuel de Peralta
doctor, legatus extraordinarius et administer cum
omni potestate Costaricensis civitatis; Carolus Jean-
ning, protonotarius Apostolicus; r̄fus v. Iosephus Gu-
thlin, Ecclesiae Urbanae S. Ludovici Gallorum recens
praepositus; Bernardus Marechaux, Procurator gene-
ralis Monachorum S. Benedicti ex monte Oliveto; Ur-
bani Collegii de Propaganda fide alumni; Alexander
Capranica, Marchio; De Bomarzo Dux eiusque familia;
Sodalitas Petriana e Catholica Italorum iuventute

Vita functi viri clariores.

Die xxiv mens. Decembr. M DCCC VI, Gieni, re-
pentino morbo corruptus dum allocutionem populo
habet, execūs vir Salvator Castellote y Pinazo, Valen-
tiae n. d. x mens. Novembr. M DCC LVI, episcopus
Minoricen. creatus d. XXV mens. Iun. M DCC XCVI,
ad dioecesim Giennen. translatus d. XVI mens. De-
cembr. M DCCC I ac deinde in Hispalen., quo pro-
fecturus erat, in consistorio d. vi mens. Decembr.
M DCCC VI.

— d. XXIX pariter repente morbo absumptus
Romae Felix Cavagnis, S. R. E. Cardinalis diaconus,
Bordagna in oppido Bergomensis dioecesis ortus d.
XIII mens. Ianuarii M DCC XL, vir pietate insignis
atque doctrina iuris publici ecclesiastici, cuius speci-
men etiam in nostro Commentario praebere non
semel dignatus est.

— Eadem die, in Urbe ipsa Emus vir Aloisius Tri-
pepi, vir multarum litterarum, in oppido Cardeto ad
Rhegium ortus die XXI mensis Iunii M DCC XXXVI.

ANNALES.

Mauritanum civile bellum.

Mauritana per litora ad arma ventum est.
Adeo enim instabant Gallorum Iberorunque
mina atque Mauritanum imperatorem adeo
deterrebant, ut tandem in Raisalium illum fami-
iliarissimum suum, atque Europaearum genti-
um infensissimum is arma militesque mittere
coactus sit. Itaque instructis ordinibus Tangeri
urbs petitur, et Raisulius ex urbis moenibus
cum metu eiicitur. Post haec ad urbem castra-
metati sunt; Raisulius vero cum perduellum
copiis, quas secum habebat, in proximum se-
cessit collem, ibique pugnam exspectare visus
est.

Primo mane quidem castra linquunt Mauri-
tanii atque immissis utrinque alis plumbo et
igne pugnam committunt. Incredibili vi atque
constantia hinc et inde proelium ducitur, balli-
staeque incenduntur, et missilia, grandinis ad in-
star, quinque per horas hostem irrorant. Tandem
vero clamor extollitur: concurrunt milites in
collem, districtis ensibus invadunt, verum....
vacuum locum inveniunt, nec aufugientium
agmina circum ullibi apparent. Victoriae spolia
vix colligunt: vestes, merces, comaeatus; di-

numerant vulneratos et caesos, quorum ne decem quidem inveninnt; fausta plane victoria, post incensa sexaginta missilium millia! Audimus tamen aufugentium integra agmina, quae longius exesserant, iam iterum in unum coaluisse atque tum Mauritano regi, tum Europaeis eius amicis nova discrimina comparari.



Galliae res.

De Gallicis rebus nil novi habemus a summis Reipublicae magistratibus cautum. Habita contra hisce diebus in aedibus comitis de Fonte queville Episcoporum omnium veluti Synodus, qui de Ecclesiastica re administranda decer- nerent. Cognitum itaque est tum de publici cultus exercitio, tum de publica pecunia in Dei cultum colligenda, tum de Episcoporum atque presbyterorum domibus eligendis, tum de Seminariis redintegrando, tum denique de aliis argumentis, quae sive ad bonorum gestionem sive ad sacra celebranda spectarent. Ad delibera- rantes Episcopos ex omni alia catholica gente litterae undique missae sunt, quae odiosas leges a summis gallicae reipublicae magistratibus latas obtestarentur, quaeque cum Episcopis et clero eorum universo gratularentur ob miram praesertim concordiam et fortitudinem, qua ad Dei causam protuendam constantissime usi sunt, utque ad altiora facta hortarentur suaderentque fortissime dimicandum esse ut iura Dei et Ecclesiae tandem aliquando vindicentur, ut iustitiae triumphus comparetur.



Macedonum seditiones.

Apud Macedones hinc Bulgarorum, inde Graecorum aemulationes ita rursus aestuarnnt, ut novae advelitationes haberentur. Postremum facinus fuit in oppidum nomine Zervocazonnevroeos, quod Bulgari latrones ferocissime adorti ac depopulati, domus ferro et igne vastarunt, et Rountos virum optimatem eiusque gentem, natione graecam, omnes enecarunt. Alia vero huiusmodi alibi perpetrantur; quod plane cruentum spectaculum neque humanitatis praebet testimonium, nec libertatis causam ullo modo iuvat.



Persarum regni vices.

In Persico regno gravissimum fuit quod nuper contigit fatum, Mouzaffer-Ed-Din regem vita esse absumptum. Caesar profecto is erat qui, novissimo tempore, ut regno tot factionibus agitato quietem redderet, libertatis legem tulerat de popularium legatorum comitiis ad leges ferendas. Eius in locum Mohammed-Ali-Mirza filius successit, qui solemini ritu thronum aureum gemmis coruscans ascendit, et fulgido diadema est coronatus. Deinde, uti mos est, suscepito pileo adamantino vertice insigni, in proximam aulam venit, ubi ab omnium gentium legatis est consalutatus. Eius sub dictione confidimus Persarum libertatem recens conditam fructus uberrimos allaturam vetusque Cyri Dariique regnum novam gloriam esse adepturum.



PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS.

In **Anglia** Grey, coloniarum qui res gerit, palam nuntiavit de novis Ebridiis insulis participationem cum Gallis aequam utrinque et utilissimam sese optime iniisse.

In **Austria**, Rek dynasta rogante, lex de iure eligendorum popularium legatorum est innovata, deque senatorum numero augendo cautum.

In **Borussia** tum popularium legatorum tum seniorum comitia de publicis expensis cognoverunt: verumtamen properantes iam indicti dies, quibus legati ad totius imperii legislativum coetum eligentur, omnes iam vires et mentes in id acerrime incumbunt.

In **Gallia** Piequart, bellicas qui res administrat, fusam orationem de militaribus ordinibus innovandis habuit, de equitatu instaurando, de augendis ballistariis, de tempore vero quod sub vexillis dueitur ad biennium coartando.

In **Iaponia** regia oratione novae comitiorum ad ferendas leges sunt sessiones auspicatae.

In **Iberia** Vega de Armijo qui administris praeest, inita, uti appareat, cum factionum principibus concordia, iterum legatos populi advo- cavit ad comitia, ut de publica quiete tum contra anarchistas tum contra Carlistas decer- nant.

In **Suetia** regis filius regnique haeres, patre morbo laborante, anguralem orationem ad legum latores ipse habuit, patrisque vires brevi convalituras sese sperare dixit.

In **Persia** condita nuperrime legum latorum comitia de publicis rebus disceptare et leges edere iam tandem cooperunt; in novum autem regem oratione digna suam fidem sunt prote- stata.

PER ORBEM.

Die xxx mens. Decembr. M DCCCCVI Montorii ad Veronam incendio, noctu exorto, aedificium ad byssina lina conficienda vastatur. Damna ad decies centena millia libellarum computantur.

— d. xxxi eadem lugentur Bruxellis in aedibus Coen-Donnay ad vestes aliaque ad cul- tum hominis spectantia.

Tarracota ad Washingtonium curruum series vapore acta in currus mercium plenos occurrit. Viatores inde plures morte aut vulneribus affi- ciuntur.

— d. iv mens. Ianuarii Vindobonae moritur Otho Benndorf, rector generalis Instituti Archaeologici Austrorum, veteris historiae scriptor late concelebratus. Natus erat Greiz in urbe Germanorum d. xviii mens. Sept. M DCCC XXXVIII.

— d. vii Romae; Aloisius e Sabaudica gente, Aprutiorum Dux, de exploratis a se Ruwent- zori alpibus publiee disserit.

— d. viii Teheran LIII aetatis annum agens eursum vitae absolvit Persiae Caesar Mouzaffer-Ed-Din, cui filius natu maximus Mohammed- Ali-Mirza, n. d. XXI mens. Iunii M DCCC LXXXII, succedit.

— d. ix Gmunden, Austriae in oppido, fatis concedit Maria e Saxonum Altenburg stirpe, quondam Hannoverii regina, Georgii V vidua, a Borussieis an. M DCCC LXVI regno pulsi.

— d. XIV Vindobonae duodesseptuaginta annos natus vitales linquit auras Guilelmus Augustus

Hartel, philologiae doctorum inter Austros fa- cile princeps.

Kingston, Iamaiae insulae caput, ingenti terra motu solo aequatur, immensa hominum caede.

— d. xv Muette in castello Comitum de Fran- queville ad Lutetiam Parisiorum, tertius Gal- lorum episcoporum omnium conventus de rebus religiosis in disserendum adductis ad disceptan- dum congregatur.

— d. xix Bistagno in oppido Pedemontanae regionis, senectute confessus placide quiescit Iosephus Saraceo, civilis Italorum vir, iam Se- natus praeses, et administratorum collegio pree- fectus.

VINCENTIUS LANFRANCHI.

Dum huius commentarii paginae sub paelo sunt, moestissimus nuncius litteris quae sequuntur Aug. Taurinorum datis nobis afferunt:

Hesterna die, v Kalendas Februarias, omnibus flebilis diem obiit supremum Vincentius Lanfranchius Taurinensis, nostrarum litterarum de- eus, et in primis strenuus religionis adsertor. Erat octuagenario maior, et quamvis ad hoc aetatis pervenisset, hilaris semper et laetus in familiari consuetudine vel in gravibus vitae periculis tranquillam animi indolem ostendebat. Deoque defixus ut mortalem vitam immortali placide commutaret, securus exspectabat. Antiquae virtutis imaginem difficillimis hisce tem- poribus expressit et rerum humanarum levita- tem despiciens pietate in Deum, caritate in suos emituit. In pueris erudiendis totus fuit usque ad extremum vitae suae tempus, et quam alii mol- testiam sanctissimo viro adferre putarent, ipse contra suavissimum pectori suo munus conqui- rebat. Vir sane immortalitate dignus, de quo fusius dicturum me esse confido, magnamque ex eo lectores et perpetuam voluntatem esse capturos. Haec raptim atque maximo moerore percusus

SUBALPINUS.

AENIGMATA

I.

Totum haud est *totum*; *cervicem tolle*, docebit.

II.

Emicuit lingua *Totum*; *legumen*, adempta
Fit planta, cum qua quemque vocare potes.

F. X. B.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis in- terpretationem ad Commentarii moderato- rem miserint intra menses duos, unus, sor- titus, gratis accipiet IOANNIS BAPTISTAE FRANCESIA comoediā latinis versibus scriptam, cui titulus:

SATURIO.

Aenigmata an. IX, n. XI proposita his respondent:

1) Hara, Ara; 2) Saturnus.

Ea rite soluta miserunt:

F. Arnori, *Mediolano*. — Petrus Tergestinus. — Rich. Müller, *Berolino*. — Alois. Cappelli, *Senis*. — I. Walter, *Neoeboraco*. — I. Ortiz, *Morelia*, — F. Guerra, *Aletio*. — Am. Robert, *Marieville in Canada*. — Rich. Brondel, *Brugis* — Ioan. Rappel, *Aurelianum*.

Sortitus est praemium:

ALOISIUS CAPPELLI,

ad quem missum est opus, cui titulus:

FABULAE SELECTAE
IOANNIS LA FONTAINE
LATINE CONVERSÆ
A FRANCISCO XAVERIO REUSS.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Pacis, Phil. Cuggiani.

CAST.
URB.
CAST.
URB.

CAST.
URB.

CAST.

URB.
CAST.
URB.
CAST.
URB.
CAST.

URB...

CAST.
URB.

(1) Co

ZENO — Tragoedia JOSEPHI SIMONIS Angli.

(13)

(Passim retractavit hodiernisque scenis aptavit I. F.)

rum inter Austros fa-
sulae caput, ingenti-
r, immensa hominum
Illo Comitum de Fran-
ciorum, tertius Gal-
n conventus de rebus
ductis ad disceptan-
opido Pedemontanae
tus placide quiescit
talorum vir, iam Se-
rorum collegio pre-

ANFRANCHI.
i paginae sub paelo
litteris quae sequun-
s nobis afferunt:
Februarias, omnibus
um Vincentius Lan-
tarum litterarum de-
religionis adsortor.
et quamvis ad hoc
semper et laetus in
n gravibus vitae pe-
indolem ostendebat,
em vitam immortalis
us exspectabat. An-
ifficillimus hisce tem-
humanarum levita-
eum, caritate in suos
lis totus fuit usque
pus, et quam alii mo-
dferre putarent, ipse
i suo munus conqui-
tate dignus, de quo
confido, magnamque
am voluntatem esse
ue maximo moerore
SUBALPINUS.

ATA
em tolle, docebit.
n, adempta
e vocare potes.
F. X. B.
ne aenigmatis in-
tentari moderato-
s duos, unus, sor-
INIS BAPTISTAE
latinis versibus

ita his respondent:
Saturnus.

Tergestinus. — Rich.
enis. — I. Walter, Neo-
Guerra, Aletto. — Am.
ich. Brondel, Brugis —

CTAE
NTAINE
SAE
IO REUSS.

AMPI, iurisperitus.
Phil. Cuggiani.

Esto. Coactum mortis horrendae metu
Minisque regum mentiar factum nefas.
Sin haec fatiscant, imber aurato fluens
Agmine, feroce subiget. Auri vis iecur
Adamante cretum mollit. O potens bonum!
Et ecce castris propius admoveo gradum.
Nunc animo fraudes contrahe; ultrices voca
Turmas ad arma: luctus oppressi ducis
Irae procellam moveat implacabilem (1).
O scelera regum! O fraudis infandae modum!
URB. Urbitius est...
URB. O saevae perfidiae lues!
CAST. Quae causa luctus?
URB. Tantus in regum quoque
Pectoribus ardet sanguinis amici furor?
CAST. Crucias, Olympum iuro; quid portas mali?
URB. Ne quaere; fando nescit aequari malum:
Vincit loquentem.
CAST. Vincat; enarra tamen.
Cum luctus instat, scire quid flendum iuvat.
Perire si necesse, pereamus cito.
URB. Harmatius...
CAST. Horret animus...
URB. Exseceribili
Regum peremptus aere, depositus caput.
CAST. Harmatius? Orbis terror, armorum potens,
Fulmen Gradi, dux egregius ducum,
Mars alter?
URB. Ille.
CAST. Cecidit?
URB. Oppressus iacet.
CAST. Qua captus arte?
URB. Qua solent Proceres, dolo.
CAST. Nunc parte ab omni mundus ultricem expuat
Vindex procellam: turbo flammarum impotens
Involvat aulam, vosque cum totis ferat
Verratque regni Tartari ad regna ultima,
Frates cruent! Pereat infandum genus!
Ad arma, ad arma, miles! Ultorem rota
Chalybem! Tyrannos Martis irati furor
Perdat, trucidet, stirpe cum tota eruat.
Et tuba canore pulsa terrifico tonet;
Dent classica sonos: ite, diruite omnia!
Frena dolorem, Castor, incassum ruis.
Consilia virtus, impetum scelera petunt.
Numerosus aulam miles insedit; fore
Ingente cingit aucta praesidio cohors.
Urbs est in armis; moenia excubitor tenet,
Vis multa Procerum cingit Augusti latus:
Incerta Martis alea, et dubium foret
Tentamen irae. Quin per insontes pari
Sontesque clade caecus erraret chalybs.
Nullas ne Zeno criminis poenas dabit?
Dabit; sed alia re stat ad poenam via.
Superest Anastus, mentis excelsae potens,
Cui multa virtus, multus armorum vigor,
Opumque vis aggesta. Fac promptus fidem
Huic voeavat uni miles, et signum vigil
Excubet in omne, tesseram ubi tempus dabit,
Mueroque reges ultor exilio eruet.

ERAST. Fare, praepando sinum.
PEL. Iam te iuventae flexus in varium trahit
Hinc inde callem: superat Alcidis labor;
Fundanda vita est: vita furtivis iter
Captura spatiis, teque trans metam prius
Datura, quam se carcer abeunti levet.
Cognata caelo mens in astrorum plagam
Fertur volatu. Vitia remigium gravant
Alarum, et imo semen aeternum solo
Figunt, premuntque. Cautus hinc iter lege
Qua densa pergit turba, miratrix mali,
Inimica recti, certus in casum trahit
Error, severae rara virtutis ira est,
Stabilisque gressus.

ERAST. Teneo discrimen, Pater.

(Ad proximum numerum).

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS
Comm. VOX URBIS in an. MDCCCCVII.

Pretium annuae subnotationis est in Italia Libell. 4,80;
ubique extra Italianam Libell. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; March. 5;
Rubl. 3; Coron. 6,25 *recto tramite* mittendum ad

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM
COMMENTARI "VOX URBIS,, POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM
ROMAM, via Alessandrina, 87.

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA:

Ex subnotatoribus quisque KALENDARIO a *Vox Urbis*
expresse edito fruetur.

Qui socios novos comparaverit duos pretiumque eorum
subnotationis miserit, subnotationem gratis omnino sibi habebit.

Qui triginta socios novos comparaverit ante Iulium
mensem – bibliopolis exceptis – dimidiatum pretium itineris habebit a quovis Europae
loco ubi vivat Romam usque, atque inde in domum suam, secunda, prouti
vocant, ferriveharum classi usus.

Qui sexaginta socios novos comparaverit uti supra,
eodem itineri gratis omnino fruetur.

Kalendis Ianuariis MDCCCCVII "cumulativa,, subnotatio instituta est
inter comm. *Vox Urbis* et Romanum diarium *Corriere d'Italia*.
Ven. in Italia lib. 18; apud exteras gentes lib. 34,50.